



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

17. Octobris. 16. Cal. Novemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

*cunq̄ue me vertam, nulla usquam ſe-
curitas eſt: & quæ mulcent, & quæ
moleſtant, timeo. Et eſuries & refe-
ctio: & ſomnus & vigilia; & labor
& requies militant contra me.*



17. Octobris. 16. Cal. Novemb.

Obijt
anno
1165.

S. GILBERTE, primùm Abbas
S. Ursi-Campi, dein Cistercii, & Ca-
put totius Ordinis VIII. Ad hunc api-
cem conscendisti suffragante eruditio-
ne, quæ tibi etiam Magni cognomen
peperit. Testes hodièq; supersunt par-
tus ingenii tui, quos tum soluta tum li-
gata oratione in publicam lucem emi-
listi. Increvit celebre cognomen ex
numeròso prodigiorum catalogo, quæ
tumbam tuam exornarunt. *Scientia-
rum omnium pretiosissima est, ut solo na-
tura lumine veteres agnoverunt, nôsse se
ipsum. Quàm longè aliter viverem, si es-
sem hujus scientiæ peritus!*


Obijt
anno
1636.

B. CHRYSOSTOME à Concep-
tione, Vallis Ecclesiarum in Hispania
Monache; qui ex Aliobacia illuc ad
exponendas publicè Sacras Literas ac-
cerſitus, doctrinam ita pietati conjun-
xisti, ut in utraque supra cæteros emi-
neres. Consuetas pensi diurni preces
tanta

tanta solebas animi in cœlum erecti
 attentione persolvere, ut nulla cogita-
 tio nisi de rebus divinis tunc locum a-
 pud te inveniret. Cùmque solita de-
 votione aliquando versiculum illum *Horam*
 Psalmi pronunciares: Cum dederit di- *mortis*
 lectis suis somnum, ecce hereditas Do- *cœlitus*
 mini: insonuit auribus tuis cœlestis *cogno-*
 echo, te intrà unius mensis spatium *scit:*
 mortis somno soporandum, ac here-
 ditatem regni cœlestis aditurum. Non
 indigeret pigritia mea tot ad sectandam
 virtutem calcaribus, si oculos meos sapius
 evibrarem in nobilissimam illam cœli he-
 reditatem, in qua regnat lætitia sinè metu
 gaudium sine dolore, æternitas sinè fine.

S. BERNARDUS, c. 22. de cont. mun.

Cogita quidquid vis, quidquid potes *Gloria*
 exopta; excedit cogitatum tuum, & *cœle-*
 desiderium omne exsuperat illa felici- *stis im-*
 tas, æternitas illa, beatitudo illa. *mensa.*



18. Octobris. 15. Cal. Novemb,

A Pollinis sui ludibria ad rogam Del- *S. Ber-*
 phi condemnent, & tripodem il- *nardus*
 lum garrulum mille pedibus concul- *à B. V.*
 cent, hodierna die S. Divinæ Puerpe- *saluta-*
 ræ imago alio spiritu animatam se esse *tur.*
 ostendit, cùm à te, Bernarde, salu-